

Universitätsbibliothek Paderborn

Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita,
doctrina excutitur, scripta recensentur

Origenes

Rothomagi, 1668

I. In multos circa S. Trinitatis mysterium errores incidisse fertur Origenes,
quorum gravissimi notantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-25059

LIBER SECUNDVS.

A tueri. X. Patrum multorum suffragio gaudet. XI. Rebe eum de Filij & Spiritus sancti dignitate sensisse Patres nonnulli testantur. XII. Platonis deliriis orthodoxam doctrinam oblimavit. XIII. Vtrum Patrem primarium rerum conditorem, Filium vero secundarium & Patris ministerum crediderit. XIV. Veteris aliquid Patrum consensu jubilatur. XV. Quo sensu Filium dixerit non esse absolute bonum, XVI. & non esse absolute veritatem. XVII. Vtrum aqua sit multorum criminatio, Origenem dixisse querentium Patrem à Filio, Filium à Spiritu sancto videri non posse, XVIII. quam ab eo depellere conatur Rufinus. XIX. Vtrum Filij cognitionem cognitione Patri, Spiritus sancti cognitionem cognitione Filij inferiorem dixerit, XX. quod aliquando videtur negasse. XXI. Vtrum Filium & Spiritum sanctum existimat veritatem esse creatos, XXII. ut vulgo fertur. XXIII. Plurima culpa huic ele vanda proponuntur. XXIV. Aperitur genuina Origenis sententia. XXV. Patres aliquot assentientes habet. XXVI. Quo sensu dixerit duo Seraphim Isaias c.6. v.2. esse Christum, & Spiritum sanctum. XXVII. Crimini datur Origeni, quod dixerit Patrem rebus universis, Filium ratione praeditis, Spiritum sanctum sanctis duntataxat praesse: XXVIII. sed defenditur. XXIX. Vtrum Filium non ordinatum esse pronuntiaverit. XXX. Vtrum finxerit sibi Spiritum sanctum genus humanum redimere non posuisse.

1. **E**x ijs religionis Christianæ dogmatis quæ ab Origene tractata sunt; tractata sunt autem pene universa; nullum æque commentis & opinacionibus deformata suis creditus & dictus est, ac illud quo sacrofancæ Trinitatis mysterium continetur. Nam & Filij substantiam visus est à substantia Patris secernere; & Filium Patre, Spiritum sanctum Filio inferiorem ponere, adeo ut Pater à Filio, Filius à sancto Spiritu videi neutiquam possit, atque ita dignitatis & excellentiæ gradus in Trinitate statuere; Filium ac Spiritum sanctum in creaturarum rerum ordinem detrudere; huic sanctorum, illi ratione pollutum procurationem, seclusa rerum aliarum administratione, assignare; orationibus nostris Filium fraudare; redimenda prolis humanae potestatem Spiritui sancto detrahere; alia denique comminisci plurima, quibus substantiæ unitas, Personarum Trinitas, perfecta ipsarum invicem aequalitas violatur.

II. Quamobrem Augustinus, ac Iustinianus deinceps in Epistola ad Menam pessime illum de Trinitate sensisse ac scriptis conquesti sunt; Arianorum, Anomœorum, & Manichæorum patrem appellarent Epiphanius, & Hieronymus; ipse quoq[ue] pertinacissimus Origenis affecta Rufinus multa in libris ~~et ap[er]tis~~ resecta à se fatetur, quibus Trinitatis maiestas imminuebatur; & sexcentorum præterea, quos suis appellabimus locis, capitali hoc errore Origenes sibi reprehensiones concivit. Ex novem certe criminationibus ipsi obici solitus, quas repræsentat & confutat Pamphili Apologia, ad Filium Dei, ipsiusque ~~cito~~ E*vouiu*s pertinent insigniores quinque. Nos singula quæque expendemus distincte, quoad fieri poterit, & in pauca contrahemus.

III. Ordiamur primum ab eo criminis, cuius Origenem compellat S. Thomas, dixisse ipsum asseverans Patrem & Filium secundum substantiam differre; quae mera fuit Arianorum heresis, tres in Trinitate naturas ac substantias fingentium, unde Triustiani appellantur à Fulgentio. Loca Origenis quibus id continetur dogma non indicavit Thomas. Hæc certe legimus Tom. 2. in Iohann. p. 70. οὐ γάρ ἀποκαλέσει τὸν μὲν ὥστη, εἰς τὸν γραπτὸν τὸν τοῦ αὐτοῦ κατέβηθαι λόγον ὃ στοὺς ἄλλους εἶπεν εἰς αὐτὸν, ὁ μὴν τούτοις καὶ ἐπινόσιον φρασσομένοις τῷ εἰδίᾳ μὴ διεμένει τῷ τούτῳ πατέρᾳ. Hinc concludat aliquis aliam Patri substantiam, aliam Filio Origenem tribuisse. At id certe satis clarum non est, nam hic negat simpliciter colligi posse ex his duobus Iohannis locis Patrem à Filio non differre substantia; minime vero negat non differre. Vedit id Ferrarius Origenis Interpres, & adnotavit. Apertius loci patet fieri videtur sensus ex sequentibus, in quibus ait Origenes futurum ut qui cautius attingerit, & saniora proloqui voluerit, dicat Patrem qui lux est, eatenus differre à Filio qui lux est similiter, quatenus lux Filius lucet in tenebris, & ab ipsis oppugnatur; cum nempe affluita natura humana inferiorem se ges sit paterna luce, qua non lucet in tenebris: φῶς λόγον, inquit p. 73. ὡς πατέρων ἔχει αὐτούς, τὰ κυριακά μέρη διατάσσεται ταῦτα τοι ταῦτα μέρη απελπίσοτε. Τάντον ὡς πατέρες οὐ πάτερ οὐ πατέρας εἰς αὐτούς τοὺς μέρης πατέρας απέδειπνε, ταῦτα δέ τοι ταῦτα εἰς τοὺς διεργάτας λεγεταις οὐδὲ αὐτοῖς μέρης πατέρας απέδειπνε.

Sed vereor tamen ne de Platonicæ doctrina narthecio depromta ista sint. Docebat si quidem Plato *migadiv*, sive Deum Patrem creasse *vix*, mundo proximum, qui qua parte